

2476
1
Rectori Magnifico, Clarissimis, Doctissimis,
Ercditissimis, Decanis, etc. Senioribus facultatum,
caeterisque Artium et Scientiarum in Celeber.
sima Universitate Petropolitana Docto.
ribus, Professoribus & c.
Stephanus Rosenman, Agens Regius Hun.
garico Italicus S. S. D.

Quas gentilibus nostris scribimus Ephemérides lati.
nas, dum in ea, quam nuper admodum ad vos misimus adnun.
tiatione, vobis offerimus, retulisse nos opere pretium existi.
mabimus, si iudicio vestro probemur: esse nempe non ni.
hil, quod de lingua gentis illius bene mereri etudeamus,
cujus virtutem non magis admiramur, quam cupimus.
Quae praeterea propositi nostri est ratio, in id entimur
potissimum, ut rejectis omnibus, quae petulantior aetatis
nostrae genius fere tantum cominiscitur, res duntaxat ge.
ntis ejusmodi in paginas nostras referamus, quae
veram vicissitudines scrutanti sive doctrinae, seu con.
solationi; historiographo autem volim alicui saltem esse
possint utilitati. Haec si attentione vestra non
esse indigna vobisum statueritis; nihil dubitamus, quin
paginas nostras vel ipsi vos cum voluptate legatis, vel
aliis commendatis. Dabam Vindobonae Austriae VII
Calend. Mart. MDCCLXXI.